

Magdalene cum pertinentiis suis. Apud [Tranum] ecclesiam sancti viti cum pertinentiis suis. Apud Lancianum (?) Ecclesiam cum pertinentiis suis. Apud *vestillianum* ecclesiam sancti martini cum omnibus pertinentiis suis. Apud Potentiam ecclesiam sancti laurentii cum omnibus pertinentiis suis. Apud Troiam ecclesiam sancti Sepulcri cum omnibus pertinentiis suis Marie de Balneo cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam sancte Margherite de Penna; cum omnibus pertinentiis suis. Apud Beneventum; Ecclesiam sancti Theodori cum omnibus pertinentiis suis. [Que apud urbem] Rome [similiter] et in finibus eius. In Tuscia etiam et in tota Italia habetis. vel habituri estis. Omnia insuper que in toto regno Francie. et universis eidem iure subiacentibus provinciis ¹. Neenon et in cunctis regnis et civitatibus Hispaniarum seu ubique locorum. in partibus transmontanis. sepedicta dominici sepulcri ecclesia *legittime* possidere dinoscitur. vel in futurum largiente domino [adquirere] poterit. Omnes nichilominus [veteres] et rationabiles consuetudines ecclesie *nostre* vobis. vetrisque successoribus perpetualiter confirmamus. Sane de his et aliis possessionibus et bonis vestris. liberam disponendi. cum actento consilio ad honorem dei et [animarum salutem] (?) habeatis facultatem Decedente seu trasfretante patriarcha Ierosolimitano; Prior et Canonici qui pro tempore. in eadem ecclesia fuerint; domum ut institutum est. et familiam patriarche et [omnia que ad usum eius] spectant; intus et extra, fideliter custodiant. et regent donec alter secundum dominum substitutus fuerit, vel donec ipse redierit. si transfretaverit. Porro medietatem potestatum. *que nunc nos commune sunt* in Anglia. in Dacia. in Alemannia. Polonia. Rutenia. *Ahagia* (?) Ungaria. Costantinopoli. et in omnibus finibus eius. in quibus medietatem expensarum facere debetis. vobis con-

¹ Parole ricalcate con inchiostro posteriore.